

hic enim a me perquisitus quid de rebus tuis sentiret, multa et magna, ut qui cuperet virtutem predicare et amicum certum reddere, de te dixit, sed ea fide et gravitate ut plura crederem et ampliora sperarem. iste igitur communis noster preter publicam famam, que continue cum virtutibus incrementum recipit, satis michi 5

Egli però ha voluto farne la prova per conto proprio, trattenendo le lettere che aveva promesso di scrivergli, per vedere se fosse capace di sopportarle e perdonarle.

hic enim a me perquisitus quid de rebus tuis sentiret, multa et magna, ut qui cuperet virtutem predicare et amicum certum reddere, de te dixit, sed ea fide et gravitate ut plura crederem et ampliora sperarem. iste igitur communis noster preter publicam famam, que continue cum virtutibus incrementum recipit, satis michi 5
de te testimonii ^(a) dedit. veruntamen ut increduli obstinatique solent, hoc primum de te experimentum habere volui, et discere an posses amicum pati et errori veniam dare. cum enim pollicitus sim me continuo post discessum meum tibi scripturum, hactenus distuli et promissas litteras tenui, ea intentione, ut ex 10
perirer in hac facili re constantiam tuam: si posses errantis amici delictum ferre, ignavie parcere, incurie indulgere, non magnopere his moveri, sed fideliter monere, hortari, erigere, nec ex uno quoque amici peccato penam velle. que quam valide possis et facias, luce 15
clarius didici. per omnes enim qui a ^(b) te veniunt, non desinis memor mei salutes mittere, dulciter alloqui et bene hortari; quibus immote et solide mentis tue clara das signa. utque certius credam hanc integritatem tuam, ocius rescribe, obsecro, et volentem admone, doctusque indica an suis legibus, suis gradibus ad amicitiam tendam.

Della costanza dell'amico ha quindi avuto la chiara prova; egli infatti non cessa mai di dargliene i contrassegni.

Scriva dunque quanto prima il Trevisan; lo ammirensi e lo istruisco nell'amicizia.

In quanto poi a se stesso, lodevole per lo meno è il suo amore per la virtù e la venerazione che sente per i buoni e dotti, talché in ogni città li ricerca, bramando diventare così e migliore e più dotto.

In questo modo s'è già acquistati molti amici di chiara fama, che gli sono larghi di consigli e d'insegnamenti.

Ora al suo giudizio egli si sottomette;

Tu autem priusquam me diligas, iuxta priorem doctrinam, ut noscas ^(c) decet. in quo, si non aliud, hoc saltem laudandum invenies, amorem quandam eximium ad virtutem ^(d) et reverentiam ad bonos et eruditos viros, vehemensque studium obsequandi, si possim, ut eorum familiaritate et vivendo melior et discendo doctior fiam. soleo enim, cum iam ^(e) in urbem aliquam novus venio, primum percontari, si quos ibi celebres viros et vita et litteris fama ferat. quos cum adesse novero, non erubesco sponte adire et compellare et coram alloqui. quo pacto multos ex claris viris ^(f) adeptus michi sum, qui me diligent, qui vel voce vel litteris crebro 30
moneant, et in pium rectumque propositum adhortentur. atque ex hoc non minimum bone spei de me habeo ^(g), quod compluribus bonis viris, eisdem ^(h) doctissimis litterarum, dilectus sim ⁽ⁱ⁾. tuo nunc arbitrio subicior, quem si indignum amicitia iudicabis, saltem

(a) Go testimonium (b) Codd. ad (c) P noscat (d) Go virtutes (e) Go om. iam (f) Go multos claros viros (g) B P habes (h) Go eisdem et (i) Go sum